Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars III.

Wien, 1802 Seite 2069

Quelle:
Copyright:

domini in honore preſulis Nycolai magni meriti &c.

Fol. 45. abſque Titulo Martyrologium, quod incipit: *Jan. Hab. Dies XXXI. uel.* XXX. Adſcribo ſpeciminis ergo *Kalendas. Circumciſio domini noſtri Ihesu chriſti ſecundum carnem. Et nat. Alamachii. qui iubente alipio urbis prefecto. cum diceret hodie octauę dominicę dies ſunt. ceſſate a ſuperſticionibus idolorum et ſacrificiis pollutis. a gladiatoribus hac de cauſa occiſus eſt. Romę nat. ſancte martinę. uxoris ſancti Adriani. Romę uia appia. Corone militum. XXX. In oriente Stephani. Romę Martini mon* (achi?) *In ceſaria S. Baſilii Archiepiſcopi.* Vetuſtis *Martyrologiis Romanis, Bedae, Adonis* et *Uſuardi* uſus eſt Noſter, ut conferenti patet, addens, omittens, trajiciens, quin tamen alicui praecipue inſiſteret. Nemo tamen eorum, quod ſciam, S. *Martinam* uxorem S. *Adriani* dixit. Menſibus ſubſequis Nomina variis linguis ita minio praeſcripta ſunt:

	Hebr.	Graec.	Aegypt.	Lat.	Germ.
Febr.	*Sabath.*	*Peritios.*	*Mechir.*	*Piſcis.*	*Solmonad.*
Mart.	*Adar.*	*Diſtros.*	*Famenoth.*	*Aries.*	*Redmonat.*
Apr.	*Niſan.*	*Xanticos.*	*Farmuthi.*	*Taurus.*	*Eoſturmonad.*
Maj.	*Jair vel Jar.*	*Artemireos.*	*Pacho.*	*Gemin.*	*Trimilci.*
Jun.	*Siban.*	*Daſias.*	*Pauni.*	*Cancer.*	*Lida.*
Jul.	*Thamul.*	*Panemos.*	*Epifi.*	*Leo.*	*Lida.*
Aug.	*Abus.*	*Loos.*	*Meſſore.*	*Virgo.*	*Veodmonad.*
Sept.	*Elul.*	*Corpieos.*	*Thoth.*	*Libra.*	*Halecmonad.*
Oct.	*Proeſeri.*	*Yperbereieos.*	*Faoth.*	*Scorpius.*	*Wintirfild.*
Nov.	*Mareſvan.*	*Dios.*	*Athir.*	*Sagittarius.*	*Blotmonad.*

Decembris initium a VI. *Kal.* uſque ad III. *Non.* excidit. Menſium ad ducta Nomina non ita deformata ſunt, ut cognoſci nequeant, ſi *Proeſeri* excipias pro *Tiſri.* Theotiſca omnia, quaedam parce detorta, in *Scherzii Gloſſario* reperiuntur. Ad ſolum *Auguſti* nomen haereo, *Veodmonad* unde deducendum, ſi modo rite ſcriptum ſit. Serviit porro *Martyrologium* iſtud adnotandae etiam Mortuorum memoriae, quam a prima manu, quae, ut docet Scheda Codici inſerta, *Luitholdi* Monachi eſt, coeptam, poſteri *Lunaelacenſes* aliquamdiu continuarunt. Quorundam tamen Nominum initia praeciſis nimium marginibus deperiere. Praeteritis Monachorum, Monialium et Officialium Coenobii Nominibus, cetera praecipua, quae integra ſunt, dabo. *Januar.* I. obiit *Diemudis de praitental.* V. *Diemuot* Abbatiſſa. VI. *Bertholdus* Abbas, a. 1036. XI. *Vtiba* Abbatiſſa. XIV. *Chunradus* Abbas occiſus a. 1145. cui Chronicon *Lunael.* XV. adſignat. XXVII. *Gerhardus* Abbas vicini cujusdam Monaſterii; nullus enim in Chronico eſt hoc nomine. *Mart.* VII.